

ACTVS III

i THRASO GNATHO PARMENO

TH. Magnas vero agere gratias Thais mihi?*GN.* ingentis. *TH.* aīn tu, laetast? *GN.* non tām īpso
quidem

dono quāā abs te datum esse : id vero serio

triumphat. *PA.* hoc proviso ut, ubi tempus siet,5 deducam. sed ēccum militem. *TH.* est istuc datum 395
profecto ut grata mihi sint quae facio omnia.*GN.* advorti hercle animum. *TH.* vel rex semper maxumas
mihi agebat quidquid feceram : aliis non item.*GN.* labore alieno magno partam gloriam

10 verbis saepe in se transmovet quī habet salem ; 400

quod īn test. *TH.* habes. *GN.* rex te ergo in oculis . .*TH.* scilicet.*GN.* gestare. *TH.* vero : credere omnem exercitum,consilia. *GN.* mirum. *TH.* tum sicubi eum satietas

hominum aut negoti siquando odium ceperat,

15 requiescere ubi volebat, quasi . . nostin? *GN.* scio : 405quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo. *TH.* tenes.tum me convivam solum abducebat sibi. *GN.* huiregem elegantem narras. *TH.* immo sic homost :perpaucorum hominū. *GN.* immo nullorum arbitror,